



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

Ientacv-||la noui testamenti Cardi.||nalis sancti Xisti.||

**Cajetan, Thomas**

**Colonie, 1526**

**VD16 V 1243**

Ientaculi noni questio secunda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34421**

Ientaculi noni questio secunda.

**E**t per hoc patet responsio ad vtrunq; am-  
biguitatis caput, et solutio oim obiecto-  
rum nisi obiectois allate ex aplo. Ad quam dicit, qd a-  
postolus ibi Iesus est illa authortate quatinus ad id qd  
est materiale in unitate coniugij: hoc est quantum ad  
ipsam corporum cōmīxtiōē, qua sit unū perfectum  
generationis carnalis principium, hoc enim sufficie-  
bat suo proposito, et nō quantum ad totū quod in il-  
lis verbis Genesis comprehenditur. Unde nō ob-  
stat integratati totius sensus. Hec de primo:

**C**illa Secundū Comis q̄ ceciderit super  
lapidē istū cōfringetur: super quē  
vero ceciderit conteret eū difficultas occur-  
rit an huiusmodi diuersitas significet diuersam gra-  
uitatē peccatorū, an diuersam granitatē penarū: hoc  
est iuxta primū sensum denotetur diuersa granitas  
peccati infidelitatis ex una parte et aliorū peccatorū  
ex alia parte: ut p̄ cadentes sup lapidē denotentur  
alii peccatores: per eos vero sup quos cadit lapis  
denotentur infideles. Et contra hunc sensum milis-  
tant duo. Primum est: quia agricole contra quos dia-  
recte hec vba dñr, nō peccabāt in fide, immo dix-  
erunt hic est heres. Secundo: q̄a i. He. ii. inter cadē-  
tes sup lapidē p̄putāt infideles: dū ibi dicit de ebiū  
sto, et lapis offensiōis et petra scandalis qui of-  
fendunt verbo nec credunt.

**C**lūxta secundum vero sensum denotetur diffe-  
rentia inter penas presentis vite et future, ita quod  
contractio cadentium super petram denotet pe-  
nam presentis vite contritio vero seu comminatio  
eorū sup quos cadit lapis denotet penas eternas.

Ientaculi noui questio secunda    xciij.

Et hic sensus extra propositum apparet: pro quanto de pena agricolarum presentis temporis loquuntur, dicens: auferetur a vobis regnum, et dabitur genti, et cetera.

**Ad hoc** Dicitur, quod verba ista utpote metaphorica assumpta a domino, per magna parte ex octa. capi. Esai. multipliciter exponi potest: videtur tamen mibi ad literam tendere hanc metaphoram ad diuersam gravitatem penarum. Ita quod metaphora consistit in similitudine patientium diversimode a lapide: dupliciter enim contingit patinios a lapide, vel impingendo seu ruendo cadamus super lapidem: ut contingit tam ambulantibus cadentibus super lapidem, quam ruentibus ex aliquo loco cadendo super aliquem lapidem. Vel quod lapis cadat super nos: ut contingit quum proiecitur vel demittitur super nos lapis. Utroque enim modo quam patiamur a lapide, minus patitur cadens super lapidem, et hoc designatur per confractationem: dum dicitur: qui ceciderit super lapidem istum confringe; magis autem patitur super quem cadit lapis, et hoc designatur per comminutionem, dum dicitur: super quem vero ceciderit comminuet eum, magis enim patitur qui diminuitur quam qui frangitur.

Quoniam ergo dominus docere, quod licet peccando in ipsum Christum qui significatur per lapidem, incurritur pena, maior tamen pena incurritur ab his super quos Christus ipse iratus est. Et reuera nulla est maior pena quam sit Christi ira tam in hac vita quam in futura, quum enim deus iratus est ita quod in furore suo puniat, inducat et subtrahendo gratiam, puniat etiam et temporaliter et eterne etiam pena sen-

M V

3

Ientaculi noni questio secunda.

sus, ut patet in Herode & Iuda. sc. Et hoc direc-  
te videtur ad propositum saluatoris, q contra scri-  
bas & phariseos intendebat declarare eis acerbita-  
tem pene quam ipse erat eis illatur, & in hac vita pu-  
niendo eos p Romanos tam acerbe, & in inferno.  
Hec obstat q de erectione regni fiat sermio: qm du-  
pliciter puniendi erant agricole. s. tollido ab eis vi-  
neam & alijs locando Quod spectat ad translatio-  
nem regni a Judeis in Sentes) & malos male per-  
dendo, quod spectat ad punitionem Judeorū peccati-  
dium a Romanis in pnti vita, & ad damnationes  
eternā in futuro. Et hec vident̄ vera ad l̄ram qm  
ad illos. Extēdendo at sententiam hanc ad oēs  
quia dñs extendit eam ad omnes, referente euāgeli-  
sta q vniuersaliter dixit omnis qui ceciderit sup la-  
pidem, sc. significari potest eadem sententia. s. q of-  
fendentes Christum non erunt impunes, verunta-  
men nisi sint tales super quos cadat furor Christi,  
ut lapis comminuens, erit plaga eoꝝ curabilissimā  
illi super quos Christus cadit induans eos, incu-  
rables sunt ytpote comminuti. Hec de secundo.

**C**arta Tertium scilicet verba domini de-  
Herode tetrarcha, scilicet: Ite et  
dicite vulpi illi: ecce ejcio demonia, & sanita-  
tes perficio hodie & cras, & tertia die consumo, re-  
ruitamē oportet me hodie & cras & sequenti die am-  
bulare: quia non capit prophetā perire extra Hiero-  
usalēm) questiuncule occurruunt tres.  
¶ Prima quorsum tendant hec de Herode verba  
quim in euāgelio non legatur q ipse insidiatus fu-  
erit Christo domino, sed potius q desiderabat cū